

Abque tempore renae-ductio, res simplex, primum
faciebatur, vel abscessus aperiebatur, imo etiam ab incerto die
medicinae scientiae, vis valde perniciose ab arrogantia
indoctorum, superbiaque doctorum, ad morandam unam ejus
partem, scilicet chirurgiam, est exercita. Quae per plures
seculos et donec superserime, inter artes humiles habebatur.
Quam ob rem homines in arte medendi clari, in usum scalpellae
descendere, non esse proprium sibi rebantur; sed homines, ob
audaciam confidentiamque eorum praecae caeteris mitentes, inter
omnes occasiones, eum impertita manu utebantur.

Ex ea disjunctione scientiae, quae a natura est una et
eadem, accidit, ut cum locum perfectionis, quem res tam merito
postulat, non attingeret. Haec divisio, si inter paucos annos
modo praevaleverat, nostrae arti multum prodesset, variaque
affectiones humani generis essent in modo subvertatae: Sed, quod
est multum deprecandum! per secula praevalevit; et qui in
resectione tumoris scalpellam aptissime tractare, aut cultrum,
in secando brachio vel crure, cum permulto decore vibrare
poterat, ille chirurgus peritissimus existimabatur.